in ulnas suas portavit, specialiter tyrones in suo Instituto diligit; quoniam ipsi in memoriam suam redent Jesu innocentiam ipsosque sibi traxit, ut eos permulceat et benedicat. Omnes ergo, Missionarii et Josephinæ nobis servat.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Dominus Joseph cum Christo Deo conversatus est *Et cum quo multos per annos comedit et bibit. ℣ Et sub idem tectum habitavit. Et cum....

—DIA 30 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si quibus ad horam Christum videre aliquando licet, ii spiritus fervorem ardentissimum concipiunt, quantam charitatis flammam existimabimus in Josepho fuisse qui illum educavit; quem Filium Dei et mundi Salvatorem, non solum perfectissime credebat, sed suis obsequiis praesens verêbatur?—*Tol.*--Mutua illa Joseph conversatio cum Domino Jesu, et Virgine Maria immensam ejus arguit sanctimoniam.—*Ekio.*—Non existimo esse temerarium, neque improbabile; sed pium potius et verisimile, si quis fortasse opinetur Sanctum hunc Josephum reliquos omnes in gratia et beatitudine antecellere. —*Suar.*—Dico magis vere quam audacter supra omnes choros angelorum, nedum apostolorum esse Sanctum Joseph collocatum ad dexteram Virginis. —*Hier. Gad.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Nostro divino Josepho nomen Patris Jesu

Deus liberalissime concessit.*Et rem etiam nominis cum plena auctoritate. ℣ Constituuit eum Dominus domus suae. Et rem.....

LECTIO II.

Filios meos saturabo panibus.

Si certum est quod pauperes numquam in oblivione debent Sanctum Josephum, ferre abunde enim existimationem adepta sunt christiana saeculae in factis authenticis bene fundatam, per quos Sancta Teresia et post eam multi alii Sancti, ad ipsum sub hoc respectu commendandum, multum adjuvarunt; certissime apparet ut nos qui sanctum suum Institutum efformamus, atque filii ejus sumus privilegiati, potentiora motiva et eficatiora babemus, ad fiduciam nostram in illo reponendam, et ut secure habeamus, quod tamquam sui veri filii, omnibus in necessitatibus abundanter nos sucurret. Domus nostrae, fundationes, scholæ, gymnasii, exercitia et adhuc Missiones nostrae, nec non et omnia sororum nostrarum opera, ipso facto ad nostras fundationes stabilire dispendia magna non postulamus, sed multoties inexcusabiliori contenti sumus, aliquoties parva domo, et pluries nostri absque cuia fundationem aggredimur; exinde sequitur, quod sicut pauperes perpetue transimus per septem annos sterilitatis quibus olim Ægyptus afligebatur. Hac de causa omnia quae nobis sese offerant opera accipiemus. Et etiam omnes vocationes quae noster bonus Pater nobis mittat, accipere fas est, sine suæ paupertatis visione, nam persuasi esse debemus, quod Patriarcham invocando, hic nobis signabit fertilitatis horreum, ubi reservationes suas habet ut panem det esurientibus, ignaris instructionem, om-

nibusque novis filiis, qui se offerant nobis, instructionem, educationem, virtutem et sanctitatem, quæ ipsis suficiat. Amen.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Divinus Joseph fuit Sponsus B. V. Mariae in qua plenissime habitavit Spiritus Sanctus.*Fuit Christi pueri contra insidias diaboli et astutias defensor. ℣ Diaboli incognitas Josephi virtutes Deus Omnipotens possuir. Fuit....

LECTIO III.

Te rogamus ut cum Jesu et Maria in extremo vitæ articulo nos invisere digneris.

Si in magno Patre nostro Domino Sancto Joseph fiducia non limitata habere debemus, certissime haec major in articulo mortis nostrae esse debet. Ah! Moribundi necessitatem confugendi ad nostrum Patronum habemus, quoniam ipse morientium protector est; quia quoniam in vitam tam potentem Sanctum diligimus sub cujus praesidio confugimus, liquet in hora mortis nostrae, omnes aerumnas nostras placavit. Arcta illa est hora, fugit tempus morientium, tamquam vapor quem projicit ventus a faciae atmcspherae; illusiones evanescunt, dulciores tonus franguntur; horror mali. Hac de causa, omnes josephini ac josephinae, pro certo habere debemus, Dominum Sanctum Josephum in opugnatione non nobis relinquere, quoniam angelus est morientium et numquam in vanum vocaverunt, quot in hac tristi occasione ipsum invocaverunt. Hac de causa ab ac die Josephum diligamus; filii sui veri simus; vocationem quae in illa hora implebit nobis benedictionibus et gratiis, servemus; eum rogemus,

ut ab hac die pro nobis advocet; ut talia solatia nobis mittat, ut securi per aeternitatis limen transeamus; et ab hac die ab ipso efflagitemus ut tunc anima nostra accipiat; ut ad ipsam propitiam sententiam consequatur, et ut ad coelum ducat nos, ubi eum laudabimus et glorificabimus, per sæcula sæculorum. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Antemurale civitatis Mariae fuit divinus Joseph,*Ideoque persequutiones, tribulationes et dificultates prius ruebant in Joseph. ℣ Hac de causa, dicebat Maria: Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Ideoque....

—DIA 31 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Supremus scalæ gradus, cui Dominus innixus est Beatus Joseph vir Mariæ.—*Rup.*—Primus iste Joseph a tempore promissionis contritionem, id est, persequutionem propter justitiam passus est, ita ut fuerunt qui ejus animam pertransirent.—*Rup.*—Angelus evangelizavit pastoribus; Sanctus Joseph publice et solemniter omnibus evangelizavit hominibus. Unde non immerito eum Evangelistam possimus nominare, quia inter homines primus nomen Evangelistæ meruit obtinere.—*Card. de Cam.*—Docto sermone putandum est disseruisse Joseph de vera religione cum senibus Ægypti.—*Ger.*—Ex tribus effectum est cor unum et anima una Joseph a Jesu et Maria.—*S. Bernard.*—Dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam,

sublimissimam dignitatem quam exhibuit illi, dum ageret in humanis, tamquam filius Patri suo, in cœlis utique non negavit, sed potius complevit et consummavit.—*S. Bern.*

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Divinus Joseph in hac filii Dei paternitate.* Omnes patriarchas, prophetas, apostolos et angelos superavit. ℣ Quia ita semper et in omnibus fidelis fuit, ut meretur revera esse Pater Christi. Omnes patriarchas....

LECTIO II.

Imitatores mei estote, filii mii.

Parvum nostrum Institutum, quod duobus familiis efformatur, scilicet, Missionariorum Sancti Josephi, et Filiarum Mariæ et Josephi, dici, potest in sinu suo habere, tamquàm suum tertium ordinem, socios omnes qui Societatem Josephinam atque universalem componunt; et ad omnes Sanctus Joseph tendit dicens; Imitatores mei estote in labore; imitatores mei estote in illa sancta lætitia qua laboris fatigationem complexus fui et sustinui, ut vobis essem exemplum, in vitæ ordine. Laboraturi erimus Missionarii ad instruendos pueros et educandam juventutem; laboraturi in praedicatione, exercitiis, missionibus, coeterisque actibus propriis apostolici laboris, cuius est objectum animarum salvatio. Laboraturi erimus una cum sororibus nostris josephinis eas dirigendo et oficia faciendo quæ secum ferunt opera eminentioris charitatis; erimus cum omnibus nostris sociis, faciendo ut omnes Sanctum Josephum agnoscant, et Jesu et Mariae placeant, in cogitationibus, verbis et operibus; laboraturi erimus, ab otio fugiendo, laborem amando, et officia propria status nostri implendo. Proinde tantum deficit, immaculate Joseph, ut per puritatem tuam, nobis mirabiles efectus tuæ protectionis concedas, ut omnes operemur ad majorem Sacræ Familiæ honorem et gloriam; et dum hora nostræ mortis veniat, nos adjuvet, protegat et ad coelum perducat.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Maria in temporalibus pendebat a viro suo Josepho.*Atque erat suo modo subdita viro suo, ad illum enim familiae gubernatio pertinebat. ℣ Ut patet de fuga in Ægyptum, de reditu ex Ægypto, et de impositione nominis Jesu. Atque....

LECTIO III.

Potentissime Joseph, salva nos, perimus.

Et hoc beato mense quo multi tuorm cultorum, tuum fuisse gloriosissimum transitum credunt, et vi cujus in gloriam deportatus fuisti ubi honoratus es et glorificatus; justum quippe est, in terris tui cultores respondeant, honorem tibi praestando, et tuam protectionem ferventes implorando, quae quidem potentior est, quia tamquam immaculatus, omnis vita tua sanctior fuit plenaque mysteriis. Christi Ecclesia, cujus primum fuit templum, sancta domus Nazareth, et tu illius primus dux fuisti ac protector, in diebus nostris fortiter est persecuta et acriter flagelata a Satanae emisariis; hac de causa, quia tu universalis ipsius eris protector, ad te confugimus, quia e contra perimus; ad te recurrimus, ut in Jesu memoriam tradas ejus promissionem, scilicet; portae inferi non praevalebunt adversus eam; ad te venimus, ut illa aucto-

ritate qua praeditus eras, ei dicas, exigas et imperes ut precellam mitiget, que undequaque nobis circuit, et felicem momentum magni temporis nobis acceleret. Proinde super gregem tuum privilegiatum oculos tuos misericordiae converte; tamquam filios tuos dilectissimos vide nos et noli nos relinquere, ut tuas divinas actiones imitantes, nostram spem adimpletam videamus, et in Ecclesia simus, Institutum amoris tui praedilectum.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Immaculata Maria et divinus Joseph desponsati et in virginitate perseverantes.*Nobis dederunt exemplum. ℣ Tum filium virginitatis Mariæ, tum in virili sexu a Deo posse esse consecratum. Nobis dederunt....

MES DE AGOSTO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitati Sanctissimi Josephi debetur integritas et puritas carnis; etiamque debetur integritas et puritas mentis quae est sanctitatis effectus.—*Eguiar.* —Puritas Sanctissimi Josephi debuit esse Marianae simillima; atque debet esse ipsa virtus virginitatis inhaerens animae et perseverans.—*Bernard de S.* —Fuit moraliter necessarium ut Sponsus Virginis benedictae esset ipsi virtutum operatione simillimus. —*Ger.*—Sanctissimi Josephi dignitatem esse formam ipsum formaliter sanctificantem, cedit in maximam ejusdem gloriam; atque neque Scripturis, Conciliis, traditioni, aut apostolicae alteri definitioni opponitur.—*Eguiar.*—Neque Patribus, neque rationi disonum...... ergo id pie probabiliter dici potest. —*Eguiar.*—Dignitas Sanctissimi Josephi ut formaliter sanctificans, quia pertinet ad ordinem hypostaticum.—*Suar*—Sola præstantia dignitatis Sanctissimi Josephi excludit ab ipso Josepho omne peccatum grave, etiam veniale, etiam imperfectiones, etiam excludit ab ipso peccatum originale; quia pertinet ad unionem hypostaticam.—*Jos.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

℞ Deo gratias.

℞ Dilecta Joseph non sanantur sine confusione nec produntur sine confusione.*Si celantur sunt insanabilia, si videntur sunt detestabilia. ℣ O tu pie et potens, ne auferas tuam misericordiam a nobis. Si celantur....

LECTIO II.

Esurivi et dedisti mihi manducare.

Omnipotens Deus, quibusdam presumptuosis et superbis hominibus ut suam monstraret potestatem, et quoniam ipsi adversus eum rebellare conabantur, ut suam patefaceret antonomiam ait illis: si famem habuerim, frumentum a vobis non peterem, quoniam mea sunt terræ animalia, mei maris pices, meæque aeris aves. Sed in diebus illis, eo modo Deus Sanctum voluit Josephum glorificare, ut ipsi idem dicere